



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Pactum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

zatoris non præjudicat domino, quin posset appellare, etiam tranfacto decennio? Vide Capyc. *dec. 139*. Secus, si quis constituat procuratorem, ut compareat pro ipso, & ille non comparet, vel non acceptat: nam tunc dominus fieret contumax, ita Gem. *in cap. licet, hoc titulo libro 6. vers. sed pone.*

Septimò, procurator non potest esse Clericus in foro sæculari, absque licentia sui Episcopi, Innoc. *in cap. 1. num. 2. de jur. calum.* nec procurator excommunicari potest agere, durante excommunicatione ejus, cujus est procurator, Abb. *in Clem. procuratorem, num. 9. de procur.*

Octavò, procuratorem an possit constituere excommunicatus, respondetur, quòd sic, Cap. Tolof. *questio 143. per cap. intelleximus, de judic.* hoc intellige juxta Additionem *ibi.*

Nonò, ille qui citatur, ut compareat per se, non potest comparere per procuratorem, nisi aliud exprimat in citatione, prout *in cap. 1. de judic. libro 6.* ita Gem. *in cap. 1. notab. 50. per illum text. de de elect. libro 6.*

Decimò, per procuratorem specialiter deputatum, potest contrahi matrimonium, & sponsalia, *cap. fin. & ibi scribentes de procurat. libro 6.*

Undecimò, procuratore ægrotante, vel absente, potest, & debet citari dominus ad causam, & non procurator, ita Gem. *in cap. si quem, §. secus, not. 16. eod. titulo, & libro 6.* quòd nota pro nonnullis dominis, qui se excusant dicendo, Cita procuratorem meum ad progressum causarum.

PACTUM.

PRIMò probatur pactum de retrovendendo. Primò, per instrumentum. Secus id, per testes: tertio, per famam cum uno teste: quarto, cum uno teste, & juramento suppletorio: quinto, per conjecturas, & vehementes præsumptiones, & unicum testem, Boer. *decis. 183. textò,* an probeatur per apocham, quæ trino teste non est signata. vide Vinc. de Franch. *decis. 95. numero 4. & infra. & decis. 105. num. 12. 16. & 23.* ubi negativè respondet, & Tiraq. *de retract. conventio §. 2. gl. 7. numero 43.*

Secundò, præscribitur spatio triginta annorum, vel quadraginta secundum alios, quos refert idem Boer. *dec. 182. nu. 1. & 2.* & ibi multa de hoc contractu, Cov. *libro 1. cap. 9. num. 2. & 3.*

Tertio, pactum de retrovendendo præscribitur, prout *suprà*, non obstante, quod opponatur clausula quancunque, ut vulgò, & passim solet apponi, etiam si intervenerit iuramentum, ita Boer. *loco citato, num. 1. & infra*, ubi allegat Bald. dicentem, dictionem (quancunque) non excludere præscriptionem triginta annorum, idem *decis. 351. n. 6.* licet Covar. *libro 1. cap. 9. num. 78. & 9. var. res.* videatur esse contrariæ opinionis.

Quartò, pactum de retrovendendo est pars pretii, & minuit de illo, adeo quod res valens tria millia simplici venditione potest emi duo millia, & quingentis cum hoc pacto, Boer. *decis. 23. num. 18. & dixi in ver. emptio, Vinc. de Franch. decis. 16. num. 3. & decis. 95. num. 3. & Covar. loc. cit. libro 3. c. 10. num. 1.*

Quintò

Quinto, pactum hoc cum juramento, & hypotheca omnium bonorum impedit alienationem in tertium factam, Boer. *decis.* 182. *num.* 53. circa hanc materiam, vide Iacobinum de Sancto Gregorio, in *l.* 2. *nu.* 2. ff. *si certum petatur*, & Viocent. Annan in *alleg.* 2. *t.* vol. vide Afflict. *decis.* 692. & 65. vide Dec. *conf.* 614. *num.* 12. & 13. & *conf.* 88. *num.* 2. & 3.

Sexto, quibus modis præsumatur hoc pactum usurarium, vide Abb. in *cap. ad nostram*, *num.* 1. 4. 8. *cim sequen. de empt. & vend.*

P E R M U T A T I O.

Permutatio quando fieri possit inter privatam & Ecclesiam, vel rei spiritualis cum temporali, vide Afflict. *decis.* 17. & an si res tradita ex causa permutationis vendatur alteri, nec adimpletur promissa, contra emptorē datur actio, vide *l. cum precibus*, *C. de jur. permut.* & quod dixit Vinc. de Franch. per *illam l.* *us* *decis.* 34.

P O E N I T E N T I A.

S U M M A R I U M.

1. Quando pœnitentia publica sit imponenda.
2. An taxata à superiori possit commutari ab inferiori.
3. An pœnitentia sint arbitraria.
4. An possit absolvi pœnitens, si noluerit acceptare pœnitentiam sibi injunctam à Confessario.
5. An pœnitentia injuncta alicui possit commutari vigore jubilai.

Ad Primum, sac. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 8. *de reform.* decrevit, quod quan-

do quis adeo publicè crimen commiserit, & in conspectu, unde alius scandalo sit, iuxta illud Apost. 1. *ad Timoth.* *cap.* 5. & *cap.* 1. *de pœnit. & remiss.* *cap. seu illud.* 45. *distinct.* *cap. si potuerit, ver.* ergò, 2. p. quod possit imponi pœnitentia publica, tamen Episcopus potest hoc genus pœnitentiæ in aliud secretum pro causa commutare, hinc fit primo, quod Panorm. in *c. literas. eo. C. de præsumpt.* dicit, quod Confessarii & Episcopi non debent imponere has publicas pœnitentias pro peccato confesso in foro interiori secreto. Secundo, quod Navar. *cap.* 8. *nu.* 10. *notat.* 2. dicit Conc. non loqui de pœnitentiis imponendis ab Episcopis in foro pœnitentiæ conscientie, sed in pœnitentiis imponendis ab Episcopis in foro mixto, si enim daretur prima, esset indirectè frangere sigillum confessionis. Secundo, quia Conc. aperte loquitur de peccato commisso publicè. Tertio, quia loquitur in Episcopo, non in Confessariis. Tertio fit, quod malè faciunt quidam locorum Ordinarii, nimium forasse zelantes pro peccato reservato, vel ob oppressionem infantium, vel ob retentionem illorum in lecto ante annum expletum, vel quid hujusmodi, imponunt publicam pœnitentiam in Ecclesia, pro prædictis, posset tamen hoc imponi, etiam quando esset publicum, & liceret extra confessiones, sic etiam de illis, qui consummant matrimonium, antequam contrahant per verba de præsententi. Sylv. in *versic. de pœnitentia*, §. 2. *c. consultasti* 2. *qu.* 5. & Abb. in *cap. quesit.* *n. 1. de pœnit. & rem.* & ibi Addit. Alex. de Nevo, *l. itera E.* Quarto, quod per peccata